

bore, suffundere debet abjectas, tepentesque animas, quæ levissimas læcessit injuria, ac simplici verba, sine lædendi intentione prolato, sed in sequiorem partem detorto, in iras erumpunt? hos homines, qui assertis nefcio quibus meritis inflati putant se plurimi ab omnibus faciendos esse, & in honore habendos? Mortales, qui rati se præstantissimis qualitatibus præditos putant se summa affici ab illis contumelia, a quibus nullo in discrimine habentur? Quæ acris asserunt injuriæ sentis irritati, omnes accipiuntur occasiones contemnendi, affligendi, deprimentis, ac pendendi quocumque putant advenari inani hinc existimationis, quam habent nefcio cuius meriti, quo se affluenter cumulatos esse arbitrantur. *Audiret vult.*

Ufus est sancta Genovefa Deus ad ferocissimas terra potestates humiliandas, insaniis, & barbarus Attila hujus rei fuit memorabile exemplum. Hic Princeps cædibus, & sanguini affluens ingenti præerat exercitui. Jam tristes furoris ejusdem effectus experta erat Germania. Jam Galliam violentus hic torrens invaserat, & terrorem quocumque incusserat, & coram se vastitatem faciebat. Quis hinc resistere poterat? Quæ preces superbi, crudelisque gentium domitoris suo obsequenti ingenio furorem poterat mulcere? Numquid illum lacrimæ, & victiarum gentium supplicationes flectent? Sed eventus intemescens fit magis magisque audax, & inhumanus. Verum accedidit hora, qua crudelis tyrannus iste profugiendus est. Titio hic fumigans adhuc, ut loquitur Iliadis, repente extinguendus est. Quomodo vero lacrimis, quas Genovefa ad aras effundit, Utique lacrimæ illæ sufficiant, ut totum hunc exercitum deleant. In eo jam gliscit terror, qualis olim in Holofernis exercitu a Judith prostrato, & jam victor inquam, victus arripit fugam. Ita, Domine, Regnum hoc tutatus es, omnesque in illo habitantes ad Virginis unius preces confirmasti. Tibi uni acceptam gloriam omnem referimus, verum & ancille tue Genovefæ gratias agere debemus, eique utique quæ Galliam omnem læticia, & honore maximo affecit, non sine beneplacito tuo dicere possumus: *Tu beneficentia populi nostri. Pater Bourdaloue.*

Docet historia Chilpericum unum ex primis Gallie regibus, adhuc Ethnicum sanctam hanc in honore habuisse eo utique ut illum conoleret, cum illa colloqueretur, ejusque sequeretur consilia, eo utique, ut latam in reos mortis sententiam antiquaret ad sanctæ hujus preces, cui gratiam omnino negare non potuit. Quanta vero illius fuerit auctoritas apud Clodoveum, nemo ignorat; patet quantum ipsa contulerit ad infidelis hujus Principis totiusque Regni conversionem: quænam illa de tanti momenti re cum sancta Clothilde habuerit colloquia; quæ illi proposuerit media ad maximi hujus consilii complementum, & quinam successus vixi ejus responderit, & opus adeo sanctum felicissime consummaverit. Omni deinceps sequentium ætatum decursu vixi sunt ipsi Galliarum Reges ad Genovefæ tumulum accedere, regni que majestatem leponere, ut flectant genua coram sanctæ Virgine, ut illi obsequium exhibeant, ut illi suas offerant preces, illius potestatem conserant, eique tandem quodammodo suas coronas, regni que ipsum lubricant. Ullus ne est clarior nostræ Religionis triumphus? Regum, Principumque famulæ præteritum pedibus quotidie teruntur, tumulus autem ovium custodis tanquam sacrum quoddam colitur: quorum sit? Inde, quia juxta beatissimæ Virginis vaticinium Deus vult sanctæ hujus nostræ humilitatem coronare: *Et exaltati humiles. P. Bourdaloue.*

Quem animo sibi sanctæ hujus Custodis ovium conceptum effinit S. Germanus, & quibus verbis illum significavit? Divino actus Spiritum in Angliam iter instituerat ad hæresim illic triumphantem impugmandam, & restituendam Jesu Christi gratiam contra errores Pelagii; sed qua fuit affectus læticia eo quod fecit viam invenerat Genovefæ adhuc puellam? Quam percutus admiratione vidit in tenella ætate rationem ita adultam? Studia adeo sanctæ? adeo solidam pietatem? Quibus encomiis eam cumulavit? Quin ratio haberetur generis obscuro, & paupertatis familie, gratulatus est cum sanctæ hujus genitoribus, eique in posterum summam felicitatem portendit. Illam consideravit, eamque tanquam præciosissimum, quam Gallia possideret, thesaurum etiam, atque etiam commendavit. Quid non testatus est de hac puella gloriosus Trecentis Episcopus S. Lupus? Quos de illa sensus fovit Venerabilis Rhenensis Archiepiscopus S. Remigius, quin plurimos memorem animarum Pastores, qui illius monita recipiebant, & ejusdem consilii proficiebant? *Idem.*

Non est cur hic referam plura argumenta observantia, quæ nostræ hujus ovium custodi præstant emineant. Sanctæ vitæ memorabile neque præsertimendum est illud celeberrimum Simeonis Stylitæ. Vir iste profuse Calestis, facti sui miraculum per austeritatem penitentia suæ ex ultimo Oriente, & de illius columnæ culmine, ubi divinis vocabat orationibus, ut certior factus est fulgida luminis, quod in Occidente clarebat, cognovit meritis, & sanctitatem Genovefæ; ad illam suas cogitationes convertit, eamque in Spiritu salutavit, & invocavit. Hæc denique apud omnes populos habita fuit in honore.

Quo enim nominis ejusdem fama non pervasit? & quibus in terris orbis Christiani de eadem sermo non habitus fuit? Nequid adierat possessionem hujus immortalis gloriæ, qua

in beatorum societate perfruitur, cum publica populorum fama illum sanctorum factis adscripsit, beatificavit, ejusque celebravit apothecios, Fidelium iudicio prævalente Ecclesiæ iudicium; & eventus probavit vixisse jam tunc Dei vocem fuisse. Ideo videmus universas Ecclesiæ societates coire, & augustissimos convenire cœtus, populum universum, nobiles simul, & ignobiles confluere, & quæque pro virili parte præsentia sua nonnulli conferre ad pompam hanc ceremoniarum, festorumque dierum, ut majori honore sanctam hanc prosequantur, quibus tanquam Arca Domini incomparabili cum apparatu pretiosæ illius circumferuntur exuvie, quarum virtutem majores nostri toties experti sunt, & nos quoque singulis diebus experiri. Cultus hic universalis est: non desunt enim devotiones peculiares, & propriæ quarundam animarum, quorundam statum, & communitatum; sed hæc devotio est sexuum omnium, omnium ætatum, & conditionum. Cultus hic vetustissimus est, & constantissimus omnium, qui fuerunt in Gallia. Cultus omnis tandem tepet, ac remittitur; & veterum fervor minuitur prout eorum augetur posteritas; sed pro certo affirmare possumus sanctæ hujus Virginis cultum augeri in dies potius quam minui. *Idem.*

Si minus sanctæ Genovefæ corpus post mortem propheta- vit, sicuti de nonnullis Prophetis narrat Scripturæ, non ideo tamen minus præstitit. Nonne inde manavit virtus illi similis, quæ ex Jesu Christi corpore egressa viros omnes fanabat? Linteæ, quæ sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli tumulo tangenda admovebantur, morbos curabant, quasi quæda illa ossa adhuc essent animata. Nonne singulis diebus videtur populi confluentis concursus laudos sanctæ Virginis hodie celebrare propter orationes, quæ illi obtinuit a Deo, eo quod vel linteis suis ejus reliquiæ tergerentur, vel quod panes in illius nomine benedictos cum fide comederant? Illud vero magis admirabile est, sanctam nostram nunquam unum fuisse dono miraculorum pro se; quæ quodlibet videret vitæ suæ cursum peregit in assiduis infirmitatibus; in quibus tantum abest, ut aliquod fibrositatum processerit, ut immo ipsam se afflicti gauderet, quod illi perfructum erat de eo; quod Gentium Apostolus inquit, *Virtus in infirmitate perficitur.* (Ad Corinth. 12.) Pater Bourdaloue.

In sancta hæc Virgine adimpletur j. m. videmus illud Spiritus sancti Verbum: (In memoria dicitur esse j. m.) cum e contra peccatorum peribit, vel perit memoria. (Psalm 9.) Tot viri principes sua magnitudine, ac fortissimè requirebantur, colebantur, metuebantur in terra, dum Genovefa id unum cogitabat, quomodo serviret Deo, illi suæ tantum gloria vacabat; hæc vero unice Dei gloriam quærebat. Illi in mundo æternitate nomen suum commendare studebant; hæc in dies singulos magis Dei nomen celebrare contendebat. Quid contigit? Tota illorum evanuit magnitudo; eorum perit fortuna; ipsi evanuerunt, & mors illos ab hominum oculis eripiens de nostra memoria delevit. Ubinam de illis verba sunt? de quorum aliquo ipse habebat sermo, nun habebat, ut illorum festi dies celebrarentur? num ut eorum laudes publice decantentur? nun ut eorum subsidium apud Deum impetretur? Nunquid ut eorum tumulis bonos adhiberetur? Eorum inquam delictis, & derelictis tumulis, ex quibus nonnulli lugubrem, tristemque infernum imaginem hominæ fragilitatis, tumulis, ubi sæpe gain cogitemus, quinam unius eorum tegantur, & quosiam in tenebris suis sepultos capiat, intrinsecum solum ornatus, quibus circumdati sunt, & qui nostros afficiunt oculos, & artis industriam in illis elaborandis admirantur. Ecce, o Seculi Magnates, quo tandem cædet tota hæc magnitudo, & gloria, quam tantopere consecramini, & pro qua creditis vobis omnia, ipsam quoque animam esse faciendam. Sed sanctorum gloria, potissimum vero S. Genovefæ gloria est solida, & in omnem æternitatem duratura. Quin illa in mundo clarescere quaesierit, ubi notior est majorique in honore habita, quam omnes simul terrarum domitores, atque Monarchæ. *Idem.*

Quamam esse debet incomparabilis Genovefæ gloria in Cælis, cum tantam eidem in terris reges, & Mundi principes illi contulerint? Cum ossa illius, pretiosæque corporis ejusdem reliquiæ adhuc eadem operentur miracula, quæ dum viveret, operabantur? Cum cineres illius animati sunt adhuc Spiritu Dei per eam postulatam quam habent in viventibus? Cum denique hæc sanctæ reliquiæ adeo frequenter Parisiis deferantur in triumphum, videntur adhuc exercere potentiam suam in terra, atque temporum inclementiam, & pro populorum necessitatibus imbres, serenoque dies largiri, & esse tanquam generalem omnibus hujus vitæ casibus medicinam? Et hæc florentissimi hujus Regni Metropolis quot inde recipit subsidia? Num alia afferenda sunt argumenta, quam lubit, ac miraculosa ignoti morbi curatio, quæ ultra centum mortalium millia abstrahit, qui adeo ardenti igne incandebant, ut hoc morbo afflicti appellarentur ardentes? Sed statim ac sanctæ hæc reliquiæ eo collata fuerunt, ubi malum violentius grassabatur, repente cessavit morbus, qui aliquid deinceps illius vestigium superesset. Denique ad cumulum gloriæ, qua Deus sanctam hanc vult prosequi, dum ipsam tere ignorat nomen tot Reginarum, Principumque mulierum, quæ in Gallia floruerunt, in civitatum ejusdem Regni principe affertur

Miracula S. Genovefæ post mortem; & cultus qui illi præstititur.

Gloria, & nomina S. Genovefæ in lætæcula se extendere.

Ex eo quo recipit in terra cum debeat conservere in Cælo.

tur pauperis ovium custodi ossa, & cineres; auro nectuntur, pretiosisque lapillis ornantur, & a Regibus ipsi in gentia procumbentibus adorantur. Numquid par honor maximis terrarum Monarchis ipsam litem habitum? hæc parvis est gloriæ, quam procurat Deus sanctis suis, qui in terris pro virili parte addit Deum pauperem, ac hu-

millatum imitari: *Quæ divitiæ gloria, & hereditas eius in sanctis.* Igitur ad insignis sanctæ hujus exemplum conemur hæc virtutum, ac meritorum divitiis acquirere, ad quas congerendos tantopere adlaboravit, certi futurum ut aliquid iustis Dei eadem gloria perfruarum. *Auctor Sermonum in omnia argumenta.*

# PRO S. ANTONII ABBATIS PANEGYRICO. MONITUM.

**N**escio quo errore contigerit, ut in numero Institutiorum Ordinum prætermissis S. Antonium secundum ordinem, quem mihi superiori volumine proposueram. Sed veor, non futurum extra locum, ubi illum referam inter sanctos characteris proprii singularis, qui mihi religendi fuerunt, cum loqui nequeam de omnibus. Cum vero nomen ejus in Ecclesiæ celeberrimum sit, plurimi Concionatores facere nequeant, quominus die ejusdem festo Panegyricum in ejus laudem efficiant. Scio equidem quantumvis illustre sit nomen, & meritum hujusce sancti Antonii, ordinem ad illo institutum, & qui ex illius nomine nuncupatur, non admodum in Galliam sese effudisse ut in Ægyptum, aliasque regionibus, quaerit enim deserta, & solitudines secundum spiritum Institutiorum sui; quod tamen non prohibet, quominus sancti hujus eloquium satis commune sit, in operibus sanctorum Patronum, & Concionatorum tuorum veterum, cum recitatorum.

Supplex, quam hoc in argumento collegi, pertinet ad tres status illos in quibus vixit, eaque infervere potest pro Panegyricis sanctorum, qui eadem vitæ rationem professi sunt, videlicet Solitariorum, Regularium in communitate viventium, qui comites vocantur, & eorum, qui zelo succensi sunt pro sancti dignitate, vel qui Ecclesiam contra Hæreticos, & Infideles propugnant. Ad hoc igitur præteritatum argumentum credo non solum quaerendum esse quod illi commune est cum aliis, qui idem vitæ genus sint amplexi, verum etiam quod illi proprium est, & particulare; ad quod virtutes, & actiones sancti hujus, quas in his collectaneis concessimus, poterunt non modice infervere.

## PARAGRAPHUS PRIMUS.

Multiplex Sermonum hujus Argumenti Synopsis.

Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Ad Colos. 3.

**M**ori, & vivere cum Jesu Christo; munda mori, & in Deo vivere, hæc ex Apostoli sententia est omnium Fidelium professio: cum enim baptizati fuerint in morte, & sanguine Filii Dei, æquum est, ut ejusdem spiritu replerantur, & vivat vitam non abnormem a vita illius, alienam a sensibus, expeditam ab animi cupiditatibus, profusa puram, atque caelestem. Sed hæc professio est eorum Fidelium vocatio, qui non ad sanctitatis perfectiorem, verum etiam, ut S. Bernardus ait, ad sanctitatis perfectionem antequam prosit a corruptione, & mundi commercio viventes semet sepeleantur in tumulis, non alium prospectum habentes, quam Cælum, non aliud exercitium, quam Orationem, non aliam spem, quam salutem, non aliam actionem suam talem quam Deum, qui eorum oblectatio erant, & finis, & qui eorumdem futurum erat remanentio. Talis fuit S. Antonius, cujus hodie laudes celebramus. Homo hic, quem Deus, ut ita dicam, ex aliorum mortalium massa eduxit, & quem annos fere centum peculiari gratia in faciei suæ secreto abscondit, ut loquitur Propheta, ut illum a seculi nequitia præservaret, & securis ætatis innocens penitentia præberet exemplum; (Psalm. 30.) Hic Angelus humana indutus carne, qui licet mortalis, ineffabilis quodammodo factus, precibus suis pro-tegebat imperia, fidei fidei puritate sustinuit Ecclesiam, Nomen Jesu Christi confessus est, vitæ suæ pascuibus atque austeritatibus humanam confidit Sapientiam Evangelicam simpliciter, hæreticos profligavit vi verbi sui, & ipsa silentii sui virtute, demones domuit, & Cæli ope, atque animi sui constantia de inferno triumphavit; & cujus vitæ superans captum, & communia rationis lumina, fuit miraculum gratiæ Jesu Christi, & argumentum veritatis Religionis, ut loquitur S. Athanasius. Vir denique, qui sese super omnia fluxa, & visibilia attollens, & vitam suam abscondens in Deo, juxta verbum Apostoli, non vixit, nisi ut illum adoraret, non locutus est, nisi ut laudibus illum ornaret, non concupivit, nisi ut illum possideret, non labores sustinuit, nisi ut illum promeretur. Hæc ne impellit causa, ut vobis hodie spiritum hanc S. Antonii mortem ostendam in omnimoda a Mundo secessione, spiritum hanc, caelestemque S. Antonii vitam in secessu sui exercitacionibus.

1. Antonium munda mortuum cum Jesu Christo in deserto.

2. Antonium vivens in Deo in deserto, sicut Iesus Christus. Hoc hujus Sermonis argumentum est. *Fleebier.*

III. Quid existit in deserto videre? Matth. 11. Numquid hoc, Christiani Auditores, magnificum non est elogium, quo Veritas ipsa profecta est illius meritum, quem jam hominum maximum appellaverat? Verum mihi ne succubebitis si hodierna die istidem non solum verbis, sed sensibus utar, ea-

Hardy, Paneg. Tom. III.

denique partitione, quæ componit hoc elogium admirabile primi incolæ desertorum novæ legis, ut inde Panegyricam orationem totam admirabilis S. Antonii, cuius hodierna die memoriam recolitis? Similitudo inter utrumque, & utriusque hujus solitarii sanctitas hoc par, & æqualis mihi visa est, ut secundo characterem vobis representent non posse videri, nisi per imaginem prioris, quam vobis Dei Filius reliquit. Quomobrem illud ipsam a vobis notio, quod Salvatore quaerit a populo Judæorum, & a vobis sciscitator.

1. Quid cogitatis cum intuemini in deserto S. Antonium cum demone conferentem manus; & gravissimis tentationibus læcessum? Patitisse hunc esse arundinem vento agrestem, quæ flectitur, vel violentis statibus convellitur, an columnam immotam, quæ validissimis furoribus inconcussa resistit? Hoc primam erit Sermonis partem.

2. Rursus a vobis querit, ut magis urgeam quid vos in hoc deserto inventuros esse existimatis? hominem mollioribus vestitum, mollemque vitam agentem in luxu, in voluptatibus, & inter delicias mensæ æque epipare, ac delicatæ? *Hominem mollioribus vestitum?* Non ita, sed hominem ciliicio tectum, viventem adhuc & in sepulcro inclumum, & exercentem penitentiam, quæ cum illa S. Joannis Baptiste potest comparari.

3. Quæ tandem ex vobis, quid sentiat de hoc homine, qui nonnulli cum Deo convertatur: qui carissimum hoc non interpellat mercium, nisi ut suos fratres erudiat, & Arianos Hæreticos confundat, qui persequantur Ecclesiam, & ut Martyribus animam addat, cum sibi honor Martyrii negetur; & vobis respondeo, Virum hunc Prophetam esse, & plasmam Prophetam, quodammodo & Prophetæ hujus proponenda vobis est tabula. Hæc brevis tantum descriptio operis est, sed illud melius agnoscat, ubi tria hæc vobis exposuero argumenta, quæ perfectissima vobis referent ejus imaginem in triplici parte Sermonis mei. *Auctor Sermonum in omnia argumenta, &c.*

Tanquam prophetam factus sum multis. Psalm. 70. inter omnes sanctos, qui præter ordinem sanctificati fuerunt, S. Antonius jure suo dicere potest: *Tanquam prophetam factus sum multis;* certum est enim,

1. Ipsum victorem fuisse de sua imbecillitate, omnibusque demoneis viribus.

2. Victorem fuisse sine prelio de Tyrannorum furore.

3. In humili infœtia sua victorem fuisse de superba Ethiorum, hæreticorumque scientia. Hæc tres erant elogi ipsius partes. *P. Tæxier.*

IV. Ductus est in desertum a Spiritu. Matth. 4. Quinam conceptus hoc amplior fingi potest de S. Antonio in vasta solitudine sepulto, quo illum Dei Spiritus duxit? Cogitate de hoc sancto viro quodcumque vobis libitum fuerit; considerate eum velut alterum Joannem Baptistam penitentiam simul agentem, & prædicantem; velut Eliam in persona Arianorum exterminantem Pseudoprophetas Baal, velut Elifam secum ferentem Spiritum æque ac pallium Venerabilis Pauli; velut Moysen de Ægypto populum electum educantem, eumque caelesti pabulo nutriendum in deserto; ego vero, qui æque

D 2 ac vos

S. Genovefa in honore habita a Regibus & posthabita serita.

A Prefatio eius honoratur.

Colitur a sanctis.

Ab omnibus populis colitur.

Et vos tanta hæc gratia prodigia admittit, malo eadem in ipsorum fonte considerare, vobisque dicere has totidem esse diversas impressiones Spiritus Dei, qui illum adduxit in desertum, ut olim deduxerat Iesum Christum ejusdem Domini & magistrum; *Dulcis est in desertum a Spiritu.* Antonius multis, siquæ validis rationibus actus in mundo perambulans erat, cui non paucis vinculis adhaerebat; sed Sapientie Spiritu illustratus, consilio ejusdem in solitudinem se recepit. Antonius hoc in deserto integris demonum legionibus læcessit gravissima sustinere debuit certamina; sed hoc fortitudinis Spiritu animatus de terribilibus hæc adversariis triumphum reportavit. Antonius fidelis, ac strenuus Ecclesie Filius, dolore tabescebat videns illum ab Ariarianis scindari, ac perterritus: Sed plenus hoc Spiritu zeli, egressus est de deserto suo, ut illum propugnaret, eique partem restituit. Hic verus est Magni huius Sancti character, cujus elogium paucis me complexum fuisse arbitror, si illum vobis exhibuero.

1. Tanquam patrem Egrediarum, quoniam illos in deserto adducit divini Verbi pane nutriendos.  
2. Tanquam terrorem demonum quoniam per ipsam imbecillitatem suam Dei Spiritu suffultam de universo illosum futere triumphat.  
3. Tanquam Ecclesie clypeum, quippe cum humiliter ac simplici ignorantia sua evertit, ac dissipat omnia subtilia argumenta superborum hæreticorum, qui eandem evertere conabantur. *Es elegit historicis.*

*Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Matth. 19. Hæc audiens verba, eaque sibi ad litteram apicem sibi applicans consilium inquit sequendi ad litteram consilium hoc Evangelicum, & sine mora dicit mundo extremum vale, abjectisque etiam omnibus mundi affectibus, & desideris, in saltus, ac deserta magis inhospitalia fecerit. Generosa hæc, & integra rerum omnium abrenuntiatione eruditæ aque omnes, & qui in sæculi commercio vivunt, & qui ab eodem recedunt.

1. Mundum relinquens docuit hanc eandem abnegationem, & quomodo sit exercenda. *In Specimine Orationum Panegyricarum.*

*Dulcis est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo.* Considerari potest S. Antonius tanquam plenus eodem Spiritu, qui Iesum Christum in desertum deduxit, & ostendere quod illic recesserit, quomodo ibi vixerit, quæ causa illum impulserit, ac inde ad tempus egredietur.

1. Cur illic recesserit? per Spiritum Sapientie Sanctus hic mundum reliquit, ut liberius vacaret Deo in solitudine, & ut a creaturis abesse? ubi vero Spiritus Dei gustandas illi præbuit consolationes, quibus anima fruitur, cum reliquit omnia, & seipsam etiam reliquit, ut uni Deo adhereret.

2. Quomodo ibi vixit? Donec S. Antonius in deserto perhanst, Deus illi dedit hanc fortitudinis spiritum, qui illum fecit demonum terrorem, cum illos vicerit in tentationibus maxime vehementibus, pertinacibus, & universalibus, Demonum enim plures eiecit, & confusus, omnibusque eorum artibus superatis, Sanctus hic vir tandem illam affectum est requiem, ad quam inquirendum illuc recesserat.

3. Quæ de causa solitudinem reliquerit? Zeli Spiritus illum in Mundum revocavit, ut Arianos profigaret, ut fallacem eorum doctrinam impugnaret, & dilueret mendaciam, quod illi venditabat, hunc videlicet Sanctum virum partibus ipsorum favere, ut sese opponeret furori Cesaris, qui Fideles coegit, ut idolis suis adolerent, ut eosdem fideles ad Martyrium alacri animo subequendum inflammaret, sese eidem obiectans, nihilque aduentus cupiens, quam pro Iesu Christi causa suam errorem effundere. Hinc Innocentius quænam fuerit intentio sancti Antonii, ubi saculum reliquit: quomodo vixerit in deserto, & quare illud ad tempus reliquerit.

PARAGRAPHUS II

*Præter, ac quibus reperiri potest copia rerum ad has Sermonum sententias exponendas, & Annotat, qui de hoc argumento præstant.*

Sanctus Athanasius scripsit vitam S. Antonii. Hæc eadem vita versa fuit in latinum ab Evagrino Episcopo Antiocheno, quem S. Hieronymus appellat *Atrii*, & *serenitæ ingenii virum*.

Omnes illi, qui de Monastica, vel solitaria vita scripserunt, hanc tribuant S. Antonio laudem hunc fuisse vitæ huius prototypum, ac viventem ejusdem imaginem.

S. Chryostomus in secunda exhortatione in secundum S. Matthæi caput populo suo proponit exemplum Eremitarum Ægypti, præsertim vero S. Antonii, cujus præclarum habet elogium.

S. Hieronymus *Epist. 22. ad Eustachium* latius disserit de Sancti huius laudibus, & inter cetera ait, S. Paulum Eremitam haberi posse vitæ Eremiticæ auctorem; sed S. Antonium illum celebrem effecisse & discipulorum multitudine, qui hoc vitæ genus amplexi sunt, & locorum, ubi primus illum instituit.

S. Gregorius Nazianzenus, Pachaui, S. Ephrem, Rufinus, Antiquus Auctor vitæ S. Antonii; S. Joannes Damascenus citans vitam quam S. Athanasius elucubravit est, perhibent testimonium sanctitari ejusdem S. Antonii.

Baronius ad annum Christi 250. Bollandus, Surius, Ribadeneira deinceps Sancti huius vitam scripserunt. Gerfon quatuor edidit sermones huius argumenti, quin loquuntur de plurimis Auctoribus, qui ejusdem elogium concinnarunt, & quos ad Bollandum inventos.

Abbas Trappensis in primo tomo Vitæ Monasticæ. P. Suffren in tomo secundo Anni Christiani. P. Novet in tomo de vita Iesu in Sanctis suis. P. Croiset in Asceticis exercitationibus pro mense Januarii.

Moliner tomo 4. Sermonum in festis Sanctorum dies. P. Textier Tomo 1. Panegyricorum. Biraot tomo 1. Panegyricorum.

Inter Panegyricos Flechier unus adest pulcherrimus huius argumenti.

In elogiis Sanctorum unum pariter invenies. P. Duneau in Panegyricorum tomo 2.

P. Senault Orationi tomo primo tertie editionis. Auctor Sermonum in omnia argumenta &c. tomo primo Panegyricorum.

In Panegyricorum Specimine tomo primo tres adfunt Synopses, seu tria Compendia huius argumenti.

PARAGRAPHUS III

*Loci, exempla, figura, & applicationes Bibliæ huius Argumenti.*

Loci, qui huic argumento convenire possunt.

*Scitote quia misitavit Deus Sanctum suum.* Psalm. 4. *Mirabilis Deus in Sanctis suis.* Psalm. 67. *Similem illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & glorificavit eum in conspectu Regum.* Sapient. 45.

*In fide, & levitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.* Ibidem.

*Dedit illi coram præcepta, & legem alic, & disciplinam.* Ibidem. *Ecce elongavi fugerit, & mansi in solitudine.* Psalm. 54. *Beatus homo, quem tu erudieris, Domine, & de lege tua decurrit eum.* Psalm. 92.

*Certamen ferre dedit illi, ut vinceret.* Sapient. 10. *Lotabitur deserta, & inopia, & exultabit solitudo, & Arribit quasi lilium, germinans seminibus, & exultabit letibunda, & laudans.* Ista 35.

*Es erit tibi semita, & via; & via sancta operabitur; non transibit per eam pollutus, & hoc erit vobis via directa, ita ut nulli non erent per eam.* Ibidem.

*Leva in circuitu oculor tuor, & vide; amnes tibi congregati sunt, veniunt tibi.* Ibidem.

*Deserta tua, & solitudines tua, & terra ruinæ tuæ angustia erunt pro habitacionibus.* Ibidem.

*Adhuc dicent in auribus tuis filli sterilitati tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi, ut habitem.* Ibidem.

*Dulcis est a Spiritu in desertum, ut tentaretur a diabolo.* Matth. 4.

*Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatum? Sed quid existis videre? hominum molibus vestitum? Ecce quid molibus vestitur, in domibus Regum sunt; sed quid existis videre? Præphetam? etiam dico vobis, pluraquam Præphetam.* Matth. 3.

*Frater sobrius esto, & vigilans, quia adversarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, cui resistite fortes in fide.* 1. Petr. 5.

*Tentatus per omnia absque peccato.* Ad Hebr. 4. *Qui me constituit coram hominibus, constituet & ego eum coram Patre meo.* Matth. 10.

*Exempla, & figura Scripturarum huius argumenti.*

Unt, qui credunt, Eliam, Eliseum, & Rechabitas omnium primos eremiticam vitam fuisse professos; sed veritati magis consonum videtur, illos fuisse figuras tantum Eremitarum, & Deum qui semper in veteri testamento præbere voluit signa quadam coram, que in novo erant eventura, in egipto illo incomparabilium virorum numero, quibus dignus non erat mundus, designasse hanc multitudinem Sanctorum Eremitarum, qui futuri erant gloria, sanctificatio, & prædium Ecclesie. Non aliud sentiebant Ss. Chryostomus, & Hieronymus, cum de monastica vitæ origine locuti, ac prædicationem usque tempora ascenderunt. Qui illa quæviserunt in vita, quam S. Joannes Baptista duxit in deserto, & in Apostolorum conversatione, ut Cassianus, consueverunt; abnegationem, paupertatem, penitentiam, sanctitatem, & eorum hominum profus divinarum perfectionem ad Eremitas migrasse, & horum partem factam fuisse; & hos in re hæc illorum esse filios, successores, atque discipulos: Scripserunt alii, Christianos, qui in ipsis Ecclesie incunabulis prope Alexandriam coibant, & ab aliis seorsim vivebant in paupertate, perfectaque bonorum omnium communitate, initium fecisse vitæ Monasticæ. Sed ne in illis immoremur, qui potius aliquas habere qualitates,

Asceticis qui de hæc loquuntur.

Conclonatorum res omnes.

S. Hieronimus in vita S. Pauli.

S. Athanasius in vita S. Antonii.

S. Antonius auctor vite Cenobiticæ Regulum in communibus viventium.

Eremita qui eremus reliquerit, ut Beatus nos perfectioribus actibus exerceret.

S. Antonius cum S. Job comparatus.

S. Antonius perfecte imitatus est Filium Dei.

tates (consuetudines, & austeritates cum Solitariis communes, quam status eorum veritate, conat sanctum Paulum Anchoretam primum esse post Evangelium, qui amplexus fuerit vitam Eremiticam, & sese abdidit in Thebaidis interioribus desertum, ubi secutus, & inventus Iesum Christum in omnimoda separatione ab hominibus, & in nuditate perfecta. S. Antonius, cui Deus illum tradidit cognoscendum, illud ipsum vitæ genus in Ægypto servavit, quamvis elegerit sibi solitudinem minus inaccessam, & se videri passus fuerit ab inquerentibus, & aere sua indigentibus seu pro morborum curatione, seu pro amorem suarum sanctificatione. Idem S. Antonius cum seipsum in deserto sanctificasset longa laborum, annorumque serie, illud relinquere coactus fuit, ut præfere regimini complurium, qui sese illi subiecerunt tanquam superiori, & Patri; & frequentavit Ægyptum cellulis, atque cenobis, & tantum exiisse eorum positivum ardorem, postquam affirmare, ac brevi deserta omnia magno Eremitarum numero fuerint repleta, ita ut deinceps, & intra breve tempus ad instar urbium frequentarentur.

Verum est S. Antonium cum S. Paulo Thebano principem fuisse Anchoretarum, ut Cassianus inquit in collatione Abbatum Piamonis. Sed magis ille Sanctus fuit primus Institutor vitæ cenobiticæ, & Religiosæ, quæ quodammodo adversatur Eremiticæ: Equidem sancto ante S. Antonium fuisse Abbatibus, & Religiosis in communi viventibus sub alienis Anachoritis regimine; sed neutrum hoc vitæ genus ad perfectionem suam pervenit nisi per Sanctum virum hunc, qui si minus est primus Institutor, saltem fuit Institor, Moderator, Promotor; & a S. Antonio didicerunt, qui secuti sunt eam praxim quam deinceps servarunt. S. Hieronymus in Epistola ad Eustochium hæc habet: *Eorum qui vitam pertraxerunt solitudinis, Aulus Paulus, Illustratus Antonius, princeps Joannes Baptista; Cassianus alique Auctores Cenobitarum originem in Apostolorum tempore rejiciunt, cum fideles in communi vivebant, nihil habentes proprium; sed ut verius loquamur, licet illi venderent prædia sua, nihilque inde sibi refererant, non habitabant: singuli domi suæ manebant, ac illis suppedinabat quicquid ipsi opus erat per eos, qui communitatis erant administratores.*

Pluribus viti sunt sancti in penitentiis desertorum lateribus abdit, Iesu Christi caritate succenti, pugnare contra Hæreticos, de Tyrannorum manu gladiis excutere, dissidentibus Spiritus conciliare, pertinaces proferre, nutantes confirmare, ac tandem Catholicæ Religioni amissam pacem restituere. Quid non ausi sunt Simeones, ac Danieles Stylite descendentes de columnis fides aliter quidem, ut ab Imperatore antiquaretur edictum, quo Fideles jubebantur Judæorum Synagogas restituere; alter vero, ut sese opponeret crudeli Tyranno Basilio, qui volebat quodammodo abrogare veram fidem in Chalcedonensis Concilii Canonibus enunciatam? Quid non fecerunt sancti illi Eremitæ qui certiores facti Antiochiam prope dirutum iri quorundam recentium iudicium confusionibus, exierunt ex desertis suis, ut tot, tantisque malis promptissima quæque opponeret remedia? Quid non ait Theodoretus de celeberrimis illis Apharesiis, atque tot aliis Eremitis, qui Ariarum furori, ac Imperatoris Valentis eisdem protegentis lævitate obstituerunt? Verum sicut ubi de bono agitur, vel malo, semper ad eos usque ascenditur, quorum illi vestigia legerunt: sancto Antonio accepta referenda est gloria, quod primus inter alios egresus fuerit ab eremo ad propagandam Ecclesiam, quapropter additum illi fuit nomen columnæ, vel clypei fidei. Verum est ingitur dicere Eremitas, ac Monachos semper de Ecclesia beneficentibus fuisse, quamvis per invidiam, aut errorem vulgi dicantur, illi sibi tantum utiles esse.

Considerari potest Dei non vulgaris Providentia in S. Antonium, cum ille demonis facultatem permisit illum vehementissimis tentationibus aggrediendi. Huius ejusdem providentie singulare habemus exemplum in sancto Job. Petit a Deo Satanas, ut sibi liceret tentare Job; Deus illi fecit facultatem, ita tamen ut eisdem parceret vitæ. Sed quem ille furor in illius bona non exercuit? Evertit domos, fruges incendit; ejus filios sub ruina domus oppressit; armenta in prædam alienigenis tradidit; totum ejus corpus a vertice capitis ad pedes ulcersibus operuit: que re illum reddidit non alius tantum, & propinquioribus suis, sed sibi etiam metipsum non ferendum. Sed inter tentationes Job, & Antonii hoc nomen interest, quod Job ab uno tantum damone læcessit, Antonius vero ab integra demonum legionibus: Dæmon se solum ostendit Job: Antonio vero sese ostendit sub multitudine larvarum, sed frustra Satanas Antonio multipliciter inimicos, quomodo in urfuro, tyridum, leonem, ac belluarum diversis generis. Sed frustra Satanas Antonio multipliciter inimicos, quomodo in contra fit fortior, & magis invictus, & animatus spiritu fortitudinis, quam illi communicavit Deus, quomodo in infernus totus ex hoc certamine redit alto robore suffusus.

S. Antonius perfecte Salvatore imitatus est, ac minimum se præbuit divini huius prototypi exemplum. Nullus est in mundo locus, ubi Dei Filius pura operatus fuerit miracula, quam in deserto. Illic a Sancto Spiritu ductus fuit, ut dæmones vinceret, & de crudeli eremo servitute mortales eriperet. Ibi quadraginta dies jejunavit, & abstinentia adeo austeram, & diavola primas iniecit suspiciones divinitatis spiritui nequam. *Ut vidit illum jejunantem suspicatus est esse Deum.* Houdry, Paneg. Tom. III.

(S. Chryost. *Serm. 12. in Lucam. Ibid. l. 6.*) Ibi Angeli ei ministrarunt, ibi honores suis præstit debitos recepit. Ex eo temporis momento solitudo semper accepti fuit Iesu Christo. Illic concessit cum Patre suo per Orationem collocutus: *Erant præstant in oratione.* Illic semet transfiguravit coram Apostolis suis, eisque manifesta præbuit speciem suam gloriæ quam Beatis suis præparabat. Ibi maxima sua miracula operatus est; ter panem ibi multiplicavit, ut pasceret populos, qui illum fuerant subsecuti, & per hoc prodigium sese illi præparavit quod in fidelium cibum erat facturus. S. Antonius hæc omnia miracula imitatus est, & in solitudine fecit, quidquid Iesus Christus fecerat in sui Divinitatem suam probaturus. Nam illic bellum intulit demoniis, fregit potentes, ac superbos hos spiritus, eoque coegit, ut suam confiterentur imbecillitatem, quoniam, licet conjungerent vires, uni homini resistere non valuerunt: *Si potestatem in me habueritis, uni vestrum facti esset.* Ibi sexaginta jejunavit annos, & parum cibi & raro lumens illis, a quibus videbatur, dubitationem iniecit utrum purus esset spiritus, an homo. Angeli centies caelo dilapsi sunt testes futuri prætorum, atque triumphorum illius, & secum gratulati de victoriis quas ab hoste referebat, sæpe illi meliorem triumphum ejusdem partem contulerant. Nequaquam seipsum transfiguravit, ut olim Salvatore in Thaboz; apparuit saltem æque confulcans ac Moyses, & radii, qui ex illius facie emicabant, sæpe & reverentiam filius suis, & inimicis terrorem immerferunt. Illic tot operatus est prodigia, quot infirmi, vel mortui eidem oblati fuerant. Solitudo fuit theatrum potentie suæ, & Israelitarum Liberator nequaquam pluram miracula operatus est, ut Pharaonis perniciam frangeret, quam Sanctus noster, ut demonum superbiam attereret.

De sancto Antonio dici potest, quod de glorioso præcurfore suo Dei Filius dixit: ejus tantam esse abstinentiam, ut neque manducaret, neque biberet: *Verit Joannes neque manducavit, neque bibere:* (Matth. 11.) Non quod nulla penitus eia ureretur, sed quia secundum humanum loquendi modum dicimus aliquem non comedere, cum ita raro, & ita parum comedit, ut instar miraculi videatur, si vivat; vel secundum patris ejusdem animadversionem: cum ea, quibus ille vescitur, non sunt humane alimonie delinita, qualia erant, quibus Joannes Baptista vescabatur. Hoc de S. Antonio dici potest: jejunium ejus erit perpetuum; erat homo non manducans, neque bibens, quippe agrestes fructus, herba omni sapore carentes, panis frusta aqua infusa, ut mollia fuerant ad hoc ut illis uti posset, hominis alimentum non sufficiunt: quod de illius quoque indumentis generaliter dici potest, quippe cilicium nequaquam inventum & adhibitum fuit ad hominem tegendum, neque illum a temporum inclementia tuendum, sed ad penitentiam faciendam. Ita arborum cavitates, & fissuræ petrarum belluarum sunt cubilia, non hominum habitatio, ita ut cum a vobis quæsero quid videritis in hæc solitudinibus, in atris his specubus, & in montibus inaccessis, vos mihi respondere possitis eo in sensu, quem Dei Filius intelligebat loquens de S. Joanne Baptista: vos vidistis hominem, qui neque penitentiam miraculum neque bibit, neque manducavit, qui neque domum habet, neque vestimentum, & quem ignoratis utrum homo sit, an Angelus, videntes illum ita supra omnes naturæ necessitates possum, Diætiis quidem hunc hominem esse, qui hominis figuram gerit; sed ubi illum propius videritis jejunium ad micem redactum, clausum in tepalero, illum vivens cadaverem, cæcibus juxta Tertulliani mentem, qui penitentiam vocat, præferendum, & humilissimum hominem discipulum.

*Applicationes quarundam locorum Bibliæ huius argumenti.*

*Si vis perfectus esse, vende omnia, & da pauperibus.* Matth. 19. His auditis, nihil ultra dubitat Antonius, Illuminatus, ductus, actus Dei Spiritu, nulla mora ejus sequitur consilium. Putans hæc vitæ verba sibi tantum in Evangelio dicta, & a Diacono recitata esse ad sui unius doctrinam, vendidit locuples Patrimonium suum, collatam esse pecuniam distribuit pauperibus. Spiritus, & cordis docilitas longe alia ab illa plurimorum fidelium, qui nunquam sibi dictas putant veritates essentiales, & primas leges, quæ ad illos pertinent. Hæcne distractio est? nequitia? Applicationis defectus? obduracy? Quodcumque sit, divertunt a salutaris via, & ea quæ ad eorum conversionem duntaxat dicta sunt in nocentioris rebellionis occasionem sibi convertunt. Quoties in alium rejicitur, quod tamquam uni sibi dictum esset intelligendum? Quoties proximo applicatur ejus peccati censura, quam ille non meretur, & cujus ipi rei sumus? Quoties, ut olim David contra nos, quin sciamus, neque sententiam profertimus? Antonius duodeviginti natus annos cum se in statum adducere voluit, ubi hoc, nec ab aliis, neque a semet ipse exprobrari; satis esse minime putans Dei mandatis obedire, ejusdem adimplet consilia, ubi prima agnovit volentiam ejusdem indicia. Satis esse non putans non ponere ibi cor suum, ubi fuz erant dividit, ubi longe projecta a se per sealem abnegationem. Ratus se in mundo permanere non posse, quia ejusdem foribus coinquaretur, primus fuit, qui illum reliquerit sine fusu, sine necessitate; & parum abest quominus diceret possim, sine exemplo; quod etiam si diceretur, nihil tamen nimium ad magni huius viri laudem proferetur, quem

In eius vita.

S. Antonius S. Joannes Baptista comparatus.

Quomodo verba, que in Evangelio de omnibus dicuntur, tamquam sibi dicta præbuit Antonius?

quem omni tempore Ecclesia coluit tanquam primum Monachicæ disciplinæ institutorem, Anachoretarum, Patriarcharum, Patrem Emigrarum, ducem, ornatum, & quomodo illa hunc appellat, *Solitudinis deserti*.

*Morsus estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Ad Coloss. 3. Parum est, si spectetur S. Antonii Magnanimitas, relinquere bona sua & in solitudine recedere, non sufficit illi hominum fugere societatem, quaerit ille sibi specum in horribilibus desertis, in lustris serpentum, & ferarum, qui ultra annos viginti versatus est, qui unquam vel aliquem viderit, vel ab aliquo visus fuerit. Satis non est virtuti illius recessisse in solitudine corporis: sibi etiam disposuit solitudinem cordis, & mentis, ut Deum melius inveniret, & majori cum familiaritate conversaretur cum illo imitatus Angelorum vitam, qui semet invicem, jugiter intenti sunt Deo: idque tanto gloriosius, ut simul ac sese ultra mundum corporeum attolli, qui extra ipsum est, adhuc eminentius se attollat supra mundum quem habet in se.

*Tentatus per omnia obsequio peccato.* Hebr. 4. Damon contra Antonium omnibus utitur viribus, artibusque. Conculcanda erat anima in virtute roborata, impediendus progressus vite, quo tanto futura erat exemplo; ex recessu extrahendus erat vir, quem suscitaverat Deus, ut frequentaret deserti ignota quadam specie sanctorum, & ut quodammodo novam infligaret Ecclesiam Penitentium, & Eremitarum, quorum futurus erat caput, & Patriarcha. Quid igitur Tentator? quærit illum terribilibus spectis deterrere, lascivis mollire imaginibus; flectere memoria consanguineorum, & patriæ solitudinis tadito afficere, inflare pietatis, meritoque ejus præstantia; oblati opibus coram pere, & imaginibus speciosa penitentia fallere, illi suadet aliquam laboribus suis relaxationem permittere, & sumit ipsius misereri. Ad imprudens avertit illum hortatur, ut sub pondere infirmitatum nature concidat. Laudat bonum quod in turbibus facere potuisset, & exprobat otium, & talentorum ejus inutilitatem, ut in mundum revocet. Apparet illi tandem scisse luminibus sepius, ut illi falsa subijciat ipsius reprobandis, vel salutis præstigia, ut vel præsumptionis cedat, vel desperationi.

*Exite de medio Babylonis.* Isaia 52. Nihil est divina legis magis conforme, in his frequentius in Scripturis commendatum, quam recessus, videlicet mundi fuga, & ab eodem recessio. Hoc primum est consilium, quod S. Petrus repletis luminibus, & impressionibus Spiritus sancti tribuit animabus contritis: Fugite ab hac generatione corrupta, hæc caelestis vox est, hoc est imperium Dei, in aere personans. *Exite de Babylone populus meus, ut ne participetis scelerum delictorum ejus.* (Act. 2. Apoc. 18.) Hæc prima est cogitatio, quam Deus illi inspirat, quos ad sequelam suam cupit allicere; & praxis est adeo necessaria, ut videatur S. Paulus redegisse omne consilium, omnemque fructum Incarnations Filii Dei ad hanc separationem a saeculo; saeculo mendaci, & nefario, ubi mores laxi viribus corrumpuntur, veritates erroribus minuantur, virtutes malis astringuntur exemplis; vita per licentiam atque impudentiam augentur; Ubi mendacium omnia tegit, ubi vanitas sese in omnia corda infusit; ubi propria utilitas omnes occupat cogitationes, ubi nobis etiam invitis germinat secularia desideria sermonibus, actionibus, & secularium intuitu; ubi peccatum roboratur per occasiones, ex quibus vitiosa sunt; per consuetudines, quæ cedunt in necessitate; per urbanitatis officia, quæ in debita convertuntur; per imitationes, quibus ultra fect subijciuntur mortales; & per ambitionem, & complacendi studium, quod ultra, citroque communicatur. Sancti trepidaverunt hæc metuentes pericula; & Dei spiritu mori crederent præstare potius procul a peccatorum societate vivere, quam in mundo trahere vitam tumultuosam, salutem in periculo positam, agitant conscientiam, & cubiam aternitatem. Deus per misericordiam suam sancto Antonio has veritates aperuit.

*Beatus homo, quem tu erudieris, Dominus; & de lege tua docueris eum.* Plal. 93. Mundus magnus liber est, qui brevi doctos nos facit in scientia sanctorum, cum Deum unum respicimus. Hic solus erat S. Antonii liber, ex quo didicit tot admirabilia, ita ut colloquii suis discretissimos quotque Doctores illiceret, qui suspensam videntes hominem adeo illustratum, ac eruditum sine studio. Ut agnoscat præstantissimum magnum hujus Eremitæ spiritum, en illa dogmata, quæ ex vita sapientibusque ejus confectis collegit Ecclesia.

1. Ut quamprimum confectus has, cogita, te hodie incipere servire Deo; & diem hunc fortale extremum vite tue futurum.
2. Damon nihil tam timet, quam orationes fidelium, jejunium, ferventemque Jesu Christi amorem.
3. Discretio est virtutum omnium magistra.
4. Humilitas miraculorum omnium est maximum. Qui nihil habet in pretio præter Deum, non amittit unquam pacem, & gaudium spiritus.
5. Confidentia in Deo, & absoluta obedientia Sanctæ illius providentiæ hominem quodammodo faciunt omnipotentem. Hæc sublimis est scientia, quam insignis vir ille tradebat discipulis suis.

*Sic vit per se esse, vade, vende, quæ habetis, & da pauperibus.* Matth. 19. Juxta hæc Dei altissimum S. Antonius instituit rationem illius recessus, cujus nullam ob oculos ejus verfabatur exemplum. Ad illum fect disposuit omnimoda

Dei effusio  
S. Antonius  
amplexum  
est quod in  
Christiana

abrenunciatione commodorum vite, & a quali abnegatione eorum omnium, quæ possidebat. Audiat Jesu Christi verba, quæ in Ecclesia leguntur: *Si vit per se esse, vade, vende, quæ habetis, & da pauperibus.* Non creditur lectionem hanc sibi fortuito contigisse, illam fibimet, non ad alios factam censuit, neque deterrigisse fuit ea sententia, quæ illum paupertate damnavat, & quæ cupiditatem radicibus convellebat. Non stetit ille inter medicos ac imbecillis virtutis cancellos, & quæ ad examen revocaret discernimen, quod inter Evangelicæ Confessæ, & Præcepta intercedit, sibi eripuit, quod perfectissimum tantummodo dicebatur. Neque suum retinuit patrimonium bonas intentiones prætexens, neque adduxit se in periculum eodem abutendi, causatus, se illud in usum præstantissimum esse conversurum, sibi dicta censuit verba illa Filii Dei; simpliciter credidit Evangelio; Oraculum audivit, & eique paruit. Tunc relicta omnibus, quæ habebat in mundo, constituit mundo vale extremum dicere, & inter deserta terrarum sese conferre per ultræonem, strenuamque ab omni humana consuetudine separationem.

*Ecce elongavi fugientem, & mansi in solitudine.* Plalm. 54. Quot videntur mortales Deo in solitudine devoti, qui tandem mentem suam alunt rebus inanibus, & vanitatibus faculi, quas sibi narrari oblectantur? Est ne quiddam magis oppositum spiritui solitudinis, quem ad apicem S. Antonius exercuit? Vita ejus in deserto proflus Christiana fuit, non autem vita Philosophi aliquid, qui glorie sibi vertit mundo succedere, ut sese totum colligat, & vanis imaginationibus animum replet. Hoc pacto complures nutriuntur amore proprio, ac sese replent magna, quam de seipsis habent opinione, servant semper in animabus suis altissimum proximi contemptum. S. Antonius vitam proflus aliam duxit; & a Mundo recessit, ut Deo unico adhereret. Sed, o Sancte, doce nos, quibus de causis a mundo recesseris columba instar, quæ sibi mansionem statuit in foraminibus petrae, & in cavernis marerie. Si magnus hic vir egredietur de mundo, ut in alium magis profundum sese recipiat; & expectat illum a quo liberandus est ab infirmitate sua, & a perveris hujus faculi tempestatibus. Et profecto Jesu Christo in Evangelio non docet, non satis esse a mundo recessisse, sed Deo uni adherendum esse, ut dicere possimus cum illo: non sum solus, Pater enim mecum est. Talis fuit magi hujus Eremitæ solitudo in intima unione cum Deo; ille, qui ipsum in deserto evocaverat, cum illo erat; & nunquam eum solus reliquit; quia Antonius non recesserat, nisi ut Dei voluntatem impleteret; quia semper cordi illi fuerat sese ad hanc vocationem formandi teneris annis; quia jam fructum perciperat in se describens virtutes Filii Dei, quem semper toto vite sue fect imitatus est. P. Caschewer.

*Veni, & sequere me.* Matth. 19. Non desunt virtutes communes fidelibus vulgo; nemini quippe intercluditur aditus ad salutem. Sed acies peculiaris eorum fidelium vocatio, qui non solum ad sanctitatem contendunt, verum ad perfectionem ipsam sanctitatis, propriis J. C. sequentes; Procul a corruptione, & mundi commercio, non secus ac Dominus latens in desertis, non aliam habentes prospectam, quam caelum, aliud exercitium, quam orationem, aliam spem, quam salutem, alium actionum suarum telum, quam Deum, qui cum sit objectum, ac finis earum, debet quoque esse earum merces. In classe horum sanctorum qui altissimum perfectionis apicem attingerunt omnium virtutum Filii Dei imitatione, S. Antonius non ultimum obtinet locum. Vita ejus vulgaris lamina excedit; fuit ille miraculum gratiæ Salvatoris, & vivens argumentum ad Religionem probandam. Cor ejus, & opera liber erat Evangelii mundo universo; & virtutes illius fortaliter fuissent incredibiles, nisi Magnus Athanasius ejusdem amicus illas scriptis mandasset, postquam earum telis tuisset, tanquam absolutissimum exemplar posteritati. *Autor recessit.*

S. Antonius virtutes suas ad altissimum tuis perfectionis gradum.

*Quid nobis cogitandum sit de solitudine, & exercitium sumptum.*

PARAGRAPHUS IV.

Locis, & Sententiis Sanctorum Patrum ad hoc Argumentum referenda.

Locis, qui personam Sancti respiciunt.

**M**agnus ille Antonius Apostolus proximus per omnium ora, usque hodie volans. S. Chryostomus, homil. in Matth. *Erant, qui actum penetrantissimum solitudinem, Auctor Paulus Eremita, Illustrator Antonius, Princeps Joannis Baptista.* S. Hieronymus Epist. ad Eustochium. *Antonius non rheoricatur, sed tota conspiciunt orbe, interius, ut ita dicam, vitalibus legitur.* Petrus Damiani lib. 8. Epist. 7. *Illiteratus erat doctus doctor.* Theodoros Studit. *Continuatio jejuniis defectus a carnali pondere, avolvitur ad celum.* S. Chrysol. ferm. 21. *Antonius non tam ante Monachos fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia.* Sanctus Hieronymus in vita S. Pauli Eremitæ. *Antonius relicta solitudine totam circuegit civitatem, & quæ omnes doceret, Arianos veritatis hostes esse.* Theodoretus L. 4. cap. 24. *Tanto virtutis studio incensus fuit, ut quemcumque videret aliquam virtutis laude excellentem, illum imitari funderet.* In lect. Officii de hoc Sancto.

Præ-

*Frequens de Satana triumphus servum non reddidit Antonium, quæ Diaboli innumeræ artes necesse nocerat.* Ibidem.

Locis, qui Sancto huic quadrare possunt.

*Edificavit sibi solitudinem, in quo tanto purius Deum crearet, quanto hinc cum se sola solum inveniret.* Sanctus Gregorius in cap. 3. Jobi. *Expedit esse nudum cum Diabolo lustrarium i nudus enim Athleta fortius dimicat.* S. Bernardus. *Qualis in illa vita foreturus Deus de Diabolo extraxit; quæle vexillum de inimici gloria sua extulit.* Tertull. lib. de patientia cap. 14. *Videte magnitudinem tentationis, videte magnitudinem virtutis.* S. Hieronymus in Plalm. 66. *Ad mensuram permittitur tentare Diabulus.* S. August. in Plalm. 90. *Nemo sibi innotescit nisi tentatus.* Idem in Plalm. 66. *Vitiosus est Diabolo magis exoptanda de Sanctis.* S. Hilarius in cap. 4. Matthi.

PARAGRAPHUS V.

Quid haurire possit ex Theologia ad hoc Argumentum?

**D**uplex est modus recedendi a mundo. Prior est in eo permanendi, sed sine illa adhesionæ, & affectu, & tenendum Apostoli consilium: *Urunt hoc mundo tanquam non tenendum.* (1. ad Cor. 7.) Alter vero respicit a mundo recedendum; huius præteritum figuram oculis amovendi ac splendorem vanitatum, & ponarum illius viæ velamine vite abscondite, & penitentis operendi. Ad legem Dei adimplendam sufficit quidem hæc spiritualis, & moralis separatio; verum recessus corporalis simul, & spiritualis maximo adjumento est ad hanc cordis, & spiritus solitudinem, & integræ separatæ, quæ per animam fit, atque corpus, longe perfectius absconditum Jesu Christi vitam imitatur. Talis fuit illa S. Antonii; proflus de mundo sarripuit; cor, & spiritus ejus æque a mundo aberat, atque corpus. Verum est Christianum, qui per baptismum sepulchus fuit cum Christo, & qui per hoc sacramentum vitam novam recepit, cujus ejusdem Salvatoris spiritus est anima, atque principium, mortuum esse debere mundo, opibus, honoribus, voluptatibus, verbo omnibus pompis ejus; verum ut huius meriti faciat satis sufficit, si illi abrenunciatur affectu cordis sui, quod plerumque se omnibus his rebus illi patitur, & quavis licet earum rerum possessionem, & utum retinere, debet tamen interiori sensu ita ab illis avelli, ut inter divitiarum affluentiam sit pauper, castus in conjugio, temperans in convivis, licitique voluptatibus, & attentus Deo in ipsa necessitudine, & commercio, quod conditionis necessitas illam habere cogit cum hominibus. Sed hoc animis parum est Solitario; hic consistere non debet; oportet enim, ut actu avullus sit a rebus omnibus sensibilibus. Opus est, ut sicut æternitas unica illius pars est, ita sit etiam objectum unicum omnium actionum spiritus sui, omnium motuum, & affectionum cordis sui. Opus est anima sua fit nuditate perfecta ad hoc, ut omnes gratiæ impressiones recipere valeat. Consilia quæ Dei Filii omnibus tribuit generantur, solitario facta sunt per vocationem præcepta, & non satis consentiunt, ut omnino sui tatus exquirat officia, si perfecta non est illius abrenunciatio, si abnegatio ejus non est realis, & practica, & si cordis sensus non migrant in opera. *Abbas Trappensis.*

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex asceticis, nuperisque Concionatoribus loci hujus argumenti.

**U**t consideremus magnum, beatumque S. Antonium, qui adhuc est totius terræ admiratio, & quem produxit Ægyptus Agostolus fere patrem, meminisse debemus Sanctum hunc virum necum esse in eadem regione, quæ Pharaos, qui tamen adeo peculiari modo se ostendit, & totaque vita ejus, nihil aliud fuit nisi diligentissima praxis eorum, quæ in Evangelio Deus docet. Qui vitam ejus legendi, agnoscunt veritatem eorum, quæ dico, multique in locis videbant, illum Prophetæ dono fuisse insignitum. Prævidit enim, atque prædixit mala quæ Aristarum hæresis erat paritura in Ecclesia, Deo ex tunc revelante, & ob oculos illi subsistente quiddam erat eventurum. Constat autem inter ceteras rationes, quibus Ecclesiæ veritas probatur, hæc satis esse periculum, ne unum quidem inter hæreticos hominem videri huic similem. Verum ne uni mihi credatis, legite librum vite ipsius, ubi fufus videbitis illius facta, & ubi plurima invenietis, quæ vos ad virtutis apicem attollerent. *Ex D. Chrystosimo.*

Nescio utrum unquam animadverteritis in lege veteri, de fecta maxime horrentia, & solitudines ab hominum commercio remotissimas habitas semper fuisse tanquam habitaculum Dei: quippe in hujusmodi locis aperiore ille tribuit suæ præsentia argumenta. Verum dicere audeo in lege nova hæc eadem deserta non minus celebrata fuisse, ex quo Dei Filius illa sanctificavit suo quadragesimali recessu; & ibi Sanctum Joannem Baptistam mortali omnium sanctissimum, atque perfectissimum jecisse fundamentum altissimi Sanctitatis, propter quam dignus extitit Melchæ Præcursor; namque post illud tempus, S. Chryostomus ait, loci illi, quos videtur natura satis reliquisse, frequentes fuerunt plurimis Anachoretis, qui eos in Sactorum sedem, innocentiæ asylum, certumque converterunt periculum contra pericula, quibus reliqua mundi pars repleta esse videtur. *Totus mundus in magna possit esse.* (1. Joann. 5.) Hinc jare Sanctus idem Doctor, & post illum S. Eucherius affirmant, si minus solitudines excolat, immo steriles bonorum nature fuerunt, illas e contra fer-

Deferentia & solitudinis bona.

Debemus pugnare, & vincere tentationes; quod Scriptura per hæc verba nos docet: *Ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a Diabolo.* (Matth. 4.) idque ut factu hoc minime vulgari doceremur, nos coronari non posse nisi vicierimus, neque vincere, nisi pugnaverimus; officium nostrum esse tentationes pati, & felicitatem, gloriamque nostram esse illi victoriam referre. Regula hæc adeo generalis est, ut indiscriminatim omnes Christianos afficiat. Verum est paucissimos mortales ita fuisse tentatos, ut S. Antonius; sed cum ille adeo apertum damoni bellum indixisset, Deus illi gratiam hæc concedere voluit, ut cumulatissimam esse eo victoriam reportaret.

Modus pugnandi, & superandi tentationes.

Discrimen inter vitam eremiticam, & Cœnobiticam.

S. Antonii eloquium a Joanne Chrystosimo concionatum.





